patrimonia pauperum, subsidia ipsum Christi Sacerdotum minuit ac demum
variis calumniis affici intuetur, is non abjiciat animum, se ipse consoletur,
si enim Christo quem omnes gentes veneran' et summis laudibus efferre
debuerunt, ambitiosi, invidi, et diaboli seductores homines non pepercerunt
quanto minus est credibile eos parcere, Reip: Christianae, in qua ob hominum
infirmitatem non pauca sunt quae essent corrigenda. Si me persecuti sunt
inquit Dei filius humana salutis auctor Christus, et vos discipulos meos, Ec-
clesiam etiam meam persequentur, tunc beatientis, cum odio vos habuerint
homines propter nomen meum, nimirum quod in vero cultu, qui potissimum
sacramentis continetur retinendo constanter estis, quod humilitatem su-
perbia, charitatem ostentationi, doctrinam sanctorum patrum ambitiosorum
hominum vanitati offertis. Sive cogitationi si accedat mortis meditatio
et cogitemus brevissimum huius vitae spacium, rerum humanarum incon-
stantiam, necessitatem mortis, sic invenemus ut luctum et tristitiam salutares
medicinas ad ejicienbum perniciosum amorem huius Mundi putemus,
humanisq rebus ita utemur veluti ex periculosissima iactatione cito in
portum profecturi. Capiet etiam magnam consolationem quicunq absur-
dissimas et inter se dissentientes haereses earum origines et principes
considerauerit, intelliget enim fieri non posse ut Regnum inter se diversum
non corruat, et opiniones ab ambitione, avaritia, invidia, luxu et odio in
apostolicam sedem ortas et auctas, diabolica demum astutia in totum orbem

dispersas

dispersas diu in animis hominum maneant et agnoscet Lutheri, Zwinglij, Bucceri
et religiosorum impurissimorum hominum, qui arrogantia, invidia, incontinentia,
aliorum scelerum testimonia reliquerunt figmenta minime duratura.
An ullo in imperio maiores seditiones extiterunt quam sunt in ecclesia-
tibus haereticis seruientibus, illic luxus, illic rapina, ecclesiasticorum bono-
rum direptiones, illic caedes innumerabiles. an Africa tot et tam horribilia
monstra unq attulit, quot peperit multos iam annos et adhuc infelix parit,
portenta opinionum Germania, seruum esse hominis arbitrium, credulita-
tem sufficere ad beatitudinem consequendam, execrandum esse sacrificium
Altaris, nullam esse Petri successoris auctoritatem, et abesse, horribile dictu,
ab eucharistia corpus Christi. haec monstra multis iam seculis oppugnata et
gloriosissime superata a doctissimis et sanctissimis hominibus, ~~dubitabimus~~ credemus per-
missurum Deum ut in Christiana Reip: ad perniciem multorum diu vigeant;
Durare permittet Deus quousq a prauo vitae instituto discesserimus, quousq
debita nostra agnoscentes, illud Daniehi non fiere usurpaueimus Dhe
peccauimus, inique egimus, transgressi sumus legem tuam, tunc Celestis
sanctae victoria apparebit. quod ut consequamur Christiana Reip: fortissimi
milites ingenio, doctrina, et, quod caput est, charitate praestantes qui
Celestem sanctam Dei oppugnatam defenderunt Hilarius, Basilius,
Chrisostomus, Ambrosius, Hieronimus, Augustinus, Thomas Aquinas nobis